

tis, ad primum ordinem similiarium exquisitè descendit. Iam verò similia-
ria ipsa determinemus, & vel os statua-
mus, vel cartilaginem, vel aliud quip-
piam his consimile. Horum perfectam
notitiam, & principiorum constituen-
tium, quatuor nimirum elementorum
congeriem, si quis elicere volet, vt ea
cognoscat, haudquaquam solis, vel ac-
cidentibus ossis, vel cartilaginis effecti-
bus, id ipsum consequetur. Sunt enim
illa plærunque communia, quæque in
plurimis naturâ diuersis compositis cõ-
spiciuntur. Ergo prudentioris est, qui
corrupto vel potius dissoluto toto, di-
ruptis corticibus, nucleum intus laten-
tem oculis corporeis certiùs, quàm
mentis obscuriùs persequitur. Vniuer-
salia, sunt mentis operatione conten-
ta. Singularium certitudo cognitio-
nis, à sensus *νεκτηριω*, cui tamen ratio-
nis integritas præsideat, dependet o-
mnis. Ergo firmiter credamus, haud
vllius rei perfectam habiturum noti-
tiam eum, cuius principia dissolu-
tionis quouis modò in apertum ducta
suis oculis, vel cæterorum sensuum ad-
mini-